

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Doll, Christoph Heinrich]: valedixit 5 März 1796

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)



Christoph. Henr. Doll.
valedixit
ad 3. v. Mart. 1796.

Director gravissime!
Socii honoratissimi!

Tam jamque tristis ac flebilis sepius meo
necessitas instat. Benevolentissimos homines
deserere cogor, qui amantissime me soue-
bant, quibus innumera beneficia debeo, & quos
ipse sane verissimo amore & summo cultu pro-
sequor. Vehementer imprimis adficio, ubi,
quae ex hoc florentissimo collegio & praecipue
a Te, Director summe venerande, in me pro-
fecta sunt comoda & ornamenta, mecum
reposito, simulque his omnibus mihi carendum
esse cogito. Neque vero iis singulis recen-
sis aut tempus, aut memet mihi sufficere
intelligo. Meum certe est gratias agere,
quas possum maximas; Digne vero satis agere
nulli modo possum. Tuo quidem, Director gra-
vissime, & Vestro, Socii ornatissimi, favore,
vix eo sum beneficio dignus, in amplissimam

hanc societatem receptus fui; Vestra ami-
 cissima conjunctio per biennium mihi in de-
 licium erat; Vestro studio & adjumento ad
 meam qualemcumque doctrinam plurimum
 accepisse gradus percipio, semperque re-
 cordabor. Discessurus ego jam ab hoc su-
 vissimo sodalicio, sensus ino pectore sur-
 gentia vota pro Tua imprimis, Director
 spectabilis, salute. Tuis meritis, & quae mi-
 hi per Te emolumenta parata sunt, com-
 memorandis impar, nedum referendis, ad
 unum hoc gratitudinis genus me adductum
 esse vides, ut optima quaeque & faustissima
 Tibi exoptem. Omnia nunc insigni, quam
 in studiosa juventute collocari operam,
 quisque scaberet, eam modo partem spe-
 ctans, qua societatem Tibi carissimam
 praeslare ornas, verba utiq; sensibus meis
 ad comodata non inuenio. Tibi ea ori-

ginem debet, Tua opera adhuc stetit, diuque
 in posterum quoque & a multis celebrabitur.
 Quare soluite mecum pectora, amici, promitte
 vota: praestet Te Deus incolumem atque ab
 omni periculo inuicem. Sit felix Gaussungus vitae
 tuae splendidae curricula; absint, quae vali-
 tudini tuae dira asperago minantur. Nos
 tibi semper obstrictos gratosque habebis; ad
 coelestis Numinis altaria supplices prouoluisti
 Socii, indego Vico illustri salutem mecum efflu-
 gitate, nullo unquam acuo subuendam.

Vos vero, ornatissimi Fuenes, insignes
 viri aliquando cupisi, exhibite iam sodalium
 nostri ornamenta; proficite fratres, quos me-
 cum sociat discendi cupido, in quoque bonarum
 arduum genere; neque me socium oblivioni tra-
 dide, sed memores glorie mei. Ego vero spondeo
 Vobis insemeratam amicitiam, & quam debet
 Vobis, religiose seruabo amorem. Vosque mihi

recipim fauete. Talem me semper praesens
adlaborabo, ne unquam Vos, credite dicatis,
fodalem me compellasse poeniteat. Vale
ego, Dilectos sume reuerende, & Vos, frat.
res carissimi, Valete!!
